www.e-rara.ch

Lexicon alchemiae sive dictionarium alchemisticum, cum obscuriorum verborum, & rerum hermeticarum, tum Theophrast-Paracelsicarum phrasium, planam explicationem continens

Ruland, Martin

[Frankfurt am Main], 1612

Stiftung der Werke von C.G.Jung, Zürich

Shelf Mark: online

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-7375

C.

www.e-rara.ch
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Visual Library

C

CAb, id est, aurum.

Cabala, Cabalia, Ars Cabalistica, est scientia occultissima, quæ diuinitus vna cum lege Mosi tradita fuisse fertur, quæ nobis Dei doctrinam de Messia patefecit, cum angelis amicitiam cultoribus suis contrahit, rerumq; naturalium omnium cognitionem tradit, ac diuino lumine mentem pulsis tenebris illustrat. Vox est Hebræa, Latine dicitur Receptio: quod vna cum lege, quam postea scriptam populo tradidit, secretiorem quoq; & veram legis Enarrationem Moses in monte diuinitus acceperit, quam scribere nefas erat: Sed ordinariis reuelationum successionib. alter ab altero, q. hereditario iure reciperet, neque prophana multitudine diuina mysteria cognita vilescerent aut violarentur. Persæ fuerunt diligentissimi huius cultores: vt patet ex appellatione suorum sapientum. Magos vocant suos sacerdotes & arcanorum peritissimos viros, quales fuerunt illi tres, qui Bethlehemum ex Oriente Christum adoratum venere, & non reges, vt stultum vulgus hactenus existimauit. De hac multa Reuchlinus nostras, & Picus Italus Mirandulæ Dominus, & Petrus Galatinus copiosissime scripserunt. Quin idem Galatinus asserit, veteres Rabinos per hanc Cabalæ scientiam Trinitatem Christumq; Dei Filium agnouisse.

Non igitur stulta est multorum opinione ars, sed potius scientia certa & cœlestis, per quam Theophrastus, vt de se ipse scribit, Dei beneficio doctrinam suam consecutus est, neq; a spiritib. malis quidquam habuit: quare falso hac calumnia ab inuidis grauatur. Hoc tamen concedo, etiam hanc scientiam apud multos in abusum deuenisse, veluti alias quoq; artes.

artes. Scribit enim Theophrastus, Hebræos semper degenerasse, vt in doctrina Dei, ita etiam in hac scientia. Quare in veram postea sciẽtiam, falsamq; artem diuisa Cabala fuit. Accessit etiam literalis, quæ merito inter artes incertas numeratur, præsertim si ex Hebræo fonte non procedat. Vera enim Cabala in S. literis suum habet fundamentum.

Cabala **Ist ein heimliche Kunst / dem Mose von Gott verliehen / die er nachmals ohn Schrifften / auff seine Nachkommene hat von Mund zu Mund lassen kommen / welche durch Erkandtnuß deß göttlichen Wesens / aller Geschöpff Kräfften wunderlicher Weiß kan wissen / vnd jhm vnd anderen zu Hayl gebrauchen.**

Caballi, Cabales, Lemures sunt & astralia corpora hominum, qui immatura morte ante prædestinatum vitæ curriculum interierunt: Illi post oberrare putantur super terram, donec terminus vitæ prædestinatus completus sit, vt quod viuere debebant corporaliter, spiritualiter adimpleant, si credere fas est, veræque religioni Christianæ non dissonum esse comperiatur e S. scripturis, vnde petendus lapis lydius, quo reprobatur omne, quod non conflatum ex auro Euangelico.

Cabalatar, id est, sal nitrum.

Cabebi, id est, squama ferri.

Cabeh, idem cum Cabebi.

Cabel, id est, stercus.

Cacabus, id est, vas continens chores tres, alias **Eine Pfanne.**

Cacedonium tartarum, est materia peccans in corpore humano, generata a separationibus facultate segregatiua, non succedente mox expulsiua, **Kacedonischer Weinstein.**

Cachimia, **Weisse Silber Kreiden.**

Cachimien, **seindt wie Schaum vom Fleisch / ringer Krafft / Feind vnd Rauber der Metall / mag nichts darauß gemacht**

werden. Als margasith, rot Sonn vnd weiß Mond. Kiß rot vnd weiß Koboldt/ Tucia, Oger ist der wust vom Veneris Spießglaß/ perfect vnd imperfect, Arsenicalischer Schwefel im Leib deß Mercurii Teick / rot/ weiß vnd Gelb / im Leib deß Saltzes Theophrastus de mineralibus schreibt also: Wißmath/ Contrasin/ vnd marcasith sind Spiritus, vermischt auß Venere vnd Mercurio. Wißmath hat ein irdischen Schwefel deß Martis Natur/ Marcasiten werden in allen Geschlechten gefunden/ vnd sind als ein vberfluß der Metall: Der materi ist zu viel / kan nicht zu Metall werden / wann der Archæus scheiden soll/ also seindt auch die Cachimien, vnvolkommene Metall/ errores, monstra in Marcasiten, Ist mehr Venus vnd Mercurius in den Cachimien, ist mehr Saltz/ vnd ist fixer vnd besten Diger/ als der Marcasith.

Cacia ferrea, id est, cochlear ferreum. Cadaria, id est, Tutia.

Cadmia Est duplex: scilicet natiua & factitia.

Cadmia natiua iterum est duplex: scilicet vna, quæ reperitur in montibus & riuulis, & nonnunquam torrentibus. Et vidi aliquando inuentam Cadmiam in Torrentibus Westphaliæ: de qua Cadmia loquitur forsitan Galenus. Alii disputant esse Irim gemmam. Nihil tamen hic ego sine iudicio affirmare nec ausim, nec volo. Altera Cadmia natiua reperitur in fodinis metallorum, fossilis & lapidosa: vt cernere licet in valle ad fodinam, cui nomen est Veronæ. Estq; ille lapis, quem Germani vocant, Den Kobalt/ nomine dæmonis, qui ædes inhabitat aliquando, vt in Saxonia vidimus. Plinius lapidem æroſum vocat. Et ille lapis, seu illa Cadmia natiua, fossilis der Cobalt, non multum differt a pyrite, seu marchasita, Von dem Kiß oder Kupfferstein: estq; illi ferme similis. Succi, ex quibus pyrites & argentum fiunt, videntur concreuisse in vnum corpus, atque ita id natum,

tum, quod vocant Cobaltum. Sunt qui idem cum pyrite esse censent: quia eadem illi fere insunt, quæ pyriti. Sunt, qui specie distinguant. Nam insignem corrodendi vim habet, vt manus & pedes operariorum exedat: quod minime facit pyrites. Vnde bene Plinius inquit libro tricesimo quarto, cap. 10. Cadmiam lapidem, ex quo æs fiat, per sese esse medicinæ inutilem: sed fieri vtilem tum, cum Cadmia fiat factitia. Cobaltum autem, seu natiua illa Cadmia, fossilis, quoad colorem, reperitur triplici modo in fodinis. 1. Cobaltum est nigrum, Schwartzen Cobalt. Hoc videtur primum notum fuisse Germanis. Nos enim vocamus nigros illos visibiles dæmones, habitantes inædibus, & præcipue in culinis. Vnde propter colorem forsan hoc metallum sic vocant, So schwartz wie ein Kobaldt. Si hanc etymologiam non concedes, dicam, quod habeat nomen ab euentu aliquo, at fabuloso. 2. Cineraceum äschfarb Cobaldt. Et hæ duæ priores species communiter reperiuntur. 3. Ferrei coloris. Hoc non adeo vulgare. In Thuringia hanc speciem aliquando reperi in fodinis illis antiquissimis versus ortum hyemalem a Germanis. Eisenfarb/ Cobaldt. Quodcunq; vero ex his, argento magis, quam pyrites abundat. Dioscorides has species natiuæ Cadmiæ non nouit. Quod patet ex his verbis libro quinto, cap. quadragesimo, cum inquit: Nec desunt, qui Cadmiam in lapidum fodinis inueniri tradant, falsa quadam lapidũ cognatione, &c. Docet autem quomodo in Cypro e monte, qui soli incumbit cremato lapide, cui sit cognomen pyrite, cadmia extrahatur: deinde quomodo illa differat a lapidibus cognatis, qui mentiantur Cadmiam, scilicet pondere, sapore, masticatione demum, contritione & coitione, vstione & colore, quem prodit.

Quæ sit illa Cadmia natiua fossilis Dioscoridis ex cremato pyrite in Cypro, ignoratur iam, quoad ego scio: e contra illæ Cadmiæ nostræ fossiles illi ignotæ fuerunt.

Lapides autem, qui mentiuntur Cadmiam nostram, etiam apud nos reperiuntur in nostris fodinis, plurimis locis. Etiam Salueldiæ reperiuntur quidam ferrei coloris: at sunt steriles, deinde vim erodendi non habent. Simplices homines, qui talia ignorant, pro vera tales lapides habent Cadmia, & egregie falluntur. Ceterum nota & quod lapis sit alius, quam hæc vera Cadmia, qui hodie a nonnullis dicitur terra Cadmia, & lapis Calaminaris, a Germanis Galmey. In quibusdam locis imbecillis admodum, in quibusdam pondere tantus, vt pro vera Cadmia haberi possit. Natiua vero Cadmia hodie in officinis nostris omnino non cognoscitur, vt & quidem omnis Cadmia factitia: nisi botryites, quæ Tutia Arabum dicitur: sicuti illa Alexandrina, vocatur Tucia dura vel solida: Verum Botryites Cadmia alia res est, quam Tutia, sicuti testantur Arabes, vt Serapio. Nam spodium est Tutia, licet loco tutiæ ea vti possumus, si præparata fuerit, teste Serapione. Hinc Dioscorides meminit Spodii & non Tutiæ, ne ita bis rem vnam poneret, & vnum caput bis repeteret. In summa id, quod Arabibus tutia est, græcis est pompholyx, & nobis spodium. Erratum est non viribus, sed rebus. Quomodo vero differant spodium seu pompholyx a Cadmia capniti, mox dicam. Nempe differunt propter loca, vbi fiant: quãdo fit in oris fornacum, tunc est Capnitis: quando vero in summitate fornacum, tunc est pompholyx, Plin. l. 34. c. 1. æs fieri siue conflari inquit e lapide æroso, quem vocant Cadmiam, in Asia & Campania olim celebrem. Præterea docet suis temporibus inuentum in agro Bergomatium, & in Germania prouincia. Quo in loco Plinium

Plinium simpliciter loqui de nostra Cadmia puto; & pulcre eum vocat lapidem æruginosum. Deinde patet & hoc, tempore Plinii cadmiam apud nos inuentam esse. Porro quod forsitan tum temporis fodinas agere Germani cœperunt. Ferrariæ enim & ærariæ fodinæ sunt antiquissimæ. Postea sub Othone magno plumbi nigri fodinæ cœperunt, & longo post interuallo argentariæ: cum Cornelius Tacitus manifeste scribat, Germanis olim nec aurum nec argentum fuisse, multo minus fodinas illorum metallorum. Est nunc eo peruentum, vt alma nostra Germania superet, imo longe post tergum relinquat ceteras regiones, copia metallorum omnium fere generum. Laus Deo Opt. Max. in Secula.

Cadmia factitia.

Cadmia factitia aut est substantia, tenuissimaque fauilla pyritis, aut alterius metalli, præcipue tamen pyritis, translata, aut egesta, in latera vel summas cameras fornacis, vbi sit successiue aliquot septimanis, vt testatur noster Dioscorides libro quinto cap. 40. Cum, inquit, gignitur Cadmia ex ære in fornacibus candente, fuligine egesta flatu, & lateribus camerisq; fornacum inhærente. Alii cadmiam sic definiunt factitiam: Cadmia factitia est substantia, cum ab ære iactantur sursum corpuscula cohærentia, per summa fastigia conuexa & concamerata, quæ dissident inuicem spissius, & in vnum globum seu corpus concrescunt: quod modo vnum genus factitiæ cadmiæ, modo duo, modo omnia continet. Verum illa est definitio Cadmiæ factitiæ, quam Acestidam dicunt. Diximus autem, Cadmiam fauillam esse æris aut alterius metalli. Fit enim Cadmia, & hæc quidem optima ex ære: item ex aliis metallis, vt ex auro ipso, verum illa nullius momenti est. Deinde fit & ex argento, quæ candidior, ac minus ponderosa est, nequaquam tñ similis

æraríæ. Aes autem hoc loco proprie intellige ipſum pyriten: vnde præſtantiſſima dum coquitur, conflatur Cadmia. Goſlariæ præſtantiſſima fit illa Cadmia, quia non tantum argentum vel plumbum tenet, ſed omnia metalla. Si pyrites purus eſt, fit placodis & botryites: quando vero mixtus aliis, tunc omnis fit Cadmia. Dioſcorides laudat Cypriam & Botryiten. Sunt vero factitiæ Cadmiæ multæ ſpecies, quas partim docet Dioſcorides, partim alii, partim ipſa profert experientia: quæ etiam differunt ratione loci, vbi fiant: item & forma, vt docet ipſe Dioſcorides, & eius interpres Plinius. Verum vt adoleſcentes tales ſpecies percipere poſſint, ſubiiciemus eas ordine.

Cadmiæ Factitiæ ſpecies.

1. Eſt botryites quaſi acinoſa, denſa, modice grauis, & in leuitatem magis declinans, racemoſa facie, colore ſpodii: quæ facta cinerulenta eſt, & æruginoſa. Hęc & onichitis ſequens, vtiles ſunt oculorum medicamentis. Eſt & alia botryites, quæ ignota forſitan fuit Dioſcoridi: quæ fit aut caſu, in carbonibus rotundis: aut ex induſtria, in haſta ferrea, interſerta in fornacem. Nam eam flammula dum lambit, & ei adhęreſcit in rotundum, hinc fit botryites, quæ colligitur deinde. Et hanc Alexandrinam dicunt Cadmiam: quia illic plurimum fieri eam volunt, & vocant etiam Tuciam ſolidam, eſtq; ferme ſimilis corticibus arborum nonnullarum; Quæ fit per ſublimationem, quando fit Aurichalcum (vt vocant:) ita duplex foret, Tucia ſcilicet Alexandrina, & Tucia Arabica.

2. Onichitis, onichitæ lapidi ſimilis, foris cœrulea, intus candidior, internatis venarum diſcurſibus: cuiuſmodi ſunt, vt docet Dioſcorides, quæ e veteribus metallis effodiuntur.

diuntur. Quo in loco vetera metalla intellige, non fodinas ipsas, vt eruatur ex ipsis fodinis, sed quod metallicæ sit naturæ. **Er meinet nichts anders/dann die grossen alten schlacken hauffen/die jetzt wider geschmelzt werden/in denselben wirdt gefunden/** Onichitis Cadmia factitia.

3. Placodis, id est, crustosa. Nam planis crustis constat. Inter has species est & quæ planitis seu Zonitis dicitur, quæ veluti cingulis apparet multiformis.

4. Ostracitis, gracilis, nigra, sed quæ testaceam faciem habet, terram amplexa est.

5. Capnitis, id est, furnaria, vel volatilis, quæque ferme spodion, siue pompholyx, siue nihili est. Reperitur in oris fornacum, & in summis fornacibus, & est parua differentia inter illa, imo vnum & idem sunt ex eadem materia. Sunt iisdem viribus quoque capnitis hæc Cadmia, & pompholyx: possunt tamen discerni propter diuersa loca, vbi fiant. Capnitis hæc reperitur in oris fornacum, pompholyx vero in summitate fornacum. Hæ species valent ad Emplastra, & est omnium illarum effectus, adstringere cum caliditate, quemadmodum & pyritis est stipticus, vt dicit Serapio. Præterea vis illarum est caua explere, sordes expurgare, exsiccare corporis meatus, excrescentias carnis coercere, crustas creare, vlcera ad cicatricem perducere. Quia vero hæ Cadmiæ valde sunt calidæ & siccæ naturæ, vruntur & lauantur modis, quos præclare docet Dioscorides, vt scilicet vtiles fiant ad emplastra, & alia medicamenta. Ovtinam nostri medici, præcipue chirurgi, Cadmias illas non ignorarent, sed in vsum Medicum reuocarent. De his factitiis cadmiis vide Plinium libr. 34. cap. 10. vbi inquit:

Cadmia in fornacibus exsistit, aliamq; nominis sui originem

recipit: fit autem egesta flammis, atq; flatu tenuissima parte materiæ, & cameris, lateribusq; fornacum, pro quantitate leuitatis, applicata scilicet:

I. Tenuissima est in ipso fornacum ore, qua flammæ eluctantur, dicta Capnitis exusta, & nimia leuitate similis fauillæ.

II. Botryites, duorum colorum: cinerei scilicet, & sic deterior: punicei, & sic melior. Hæc interior dependet Cameris.

III. In lateribus fornacum, quæ propter grauitatem ad cameras peruenire non potest, hæc est placitis crustaverius. Ex ea etiam fluunt duo alia genera, scilicet. 1. Onychites, extra pene cærulea, intus onychis similis maculis suis. 2. Ostracitis, quæ est tota nigra, & ceterarum fortissima, vulneribus vtilis. Omnis autem Cadmia in Cypri fornacibus optima est. Hæc Plinius.

Ceterum quomodo & lauari & aduri debeat Cadmia, item quæ vires Cadmiis, eundem ipse consule Plinium L. C. Vide & Galenum, Auicennam, & alios. Alii recentiores in his, vt de rebus ignotis, adeo turpiter sese dedere, confundentes hæc omnia in vnum chaos, vt pudeat pigeatq; me illos vel videre, vel legere. Estq; eo peruentum, vt non res ipsas considerarent: Sed rebus omissis tantum disputarent de nominibus. Bonus ille Vir, Simon de Ianua, Cadmiæ nomen docet, tribus rebus posse applicari, scilicet:

1. Fumo, quæ eleuetur a quolibet metallo, vt auro, argento, ære. Et hæc est illa Cadmia factitia proprie, de qua nos agimus hoc loco.

2. Lapidi Calaminari, qui vulgo marchasita dicatur, quo tingitur æs. Hic Vir bonus nescivit, aliud esse lapidem calaminarem, & aliud esse marchasitam, id est, pyriten, vnde fiat æs, cuius species illa natiua Cadmia, quam Cobaltum dicimus.

mus. De quo pyrite etiam fit optima Cadmia illa factitia.

3. Quæ reperiatur in mineris metallorum, maxime æris. Et hæc est Cadmia natiua, de qua nos egimus. Ita vides, quam sint hæc confusa, & quod idem semel bisue dicat. In summa, natiua fossilis nostra Cadmia, est cobaltum nostrum cum suis speciebus. Factitia vero Cadmia optima fit in fornacibus ex pyrite, id est, ex marchasita, ex ære simpliciter, vt dicit Dioscorides. Habet autem nomina secundum loca vbi fiat: & secundum formam, qualis sit colore, **Wir haben** Cadmiam natiuam in fodinis, **In den gruben / vnnd haben** factitiam in officinis, vbi coquuntur metalla, præcipue æs, **In den Schmeltzhütten / da man schmeltzet allerley Ertz / fürnemlich Kupffer**. Sed de his satis.

Cadmia est duplex

- Natiua
  - in montibus & riuulis quæ reperitur: de qua loquitur Galenus, quam disputant esse Irin Germanam.
  - Fossilis in fodinis, alias Cobaltum, Cobaldta German. dicitur. Estq; iterum duplex Cob.
    1. Nigrum.
    2. Cineraceum.
    3. Ferrei coloris.
- Factitia
  - Fauilla & tenuissima substantia, ex
    1. ære, id est, pyrite.
    2. Argento
    3. aliis metallis, vt auro

    Harum iterũ sunt diuersæ species, quæ differunt ratione loci in quo fiant, deinde etiam forma discernuntur.
    - Botryites quasi acinosa, quæ falso nunc dicitur, Tutia. Hæc iterum duplex, vna facie colorem repræsentat spodii: facta vero cinerulenta appareret. Alexandrina, quæ fit casu in carbonibus, arte in hasta ferrea.
    - 2. Onichitis.
    - 3. Ostracitis.
    - 4. Placodis & Planitis.
    - 5. Capnitis, quæ fit in oris fornacum, alias foret pompholyx.
  - Acestis.

Cadmia Capnitis. Fornacum.

1. Cadmia Capnitis e furno fornacum sublata, differt a fossili, vt sequentia declarabunt.
2. Cadmia alba, est materia venenata, quæ exhalat e metallis, & se parietibus quasi affigit, cum metalla torrentur vel vruntur, **Weisser Hüttenrauch/ hengt sich an die wende/ wenn man Ertz röstet/ oder schmeltzet.**
3. Lutea, **Gelber Hüttenrauch.**
4. Crolta, **Roter Hüttenrauch.**
5. Cinerea, **Grawer Hüttenrauch.**
6. Cadmia optima, quæ fit in ærariis fornacibus ex pyrite vel Cadmia metallica.
7. Parietibus adhærens in fornace, vbi venæ æris excoquuntur, **Kobelt auß dem Schmeltzoffen.**
8. Parietibus adhærens collecta de fornacibus, vbi vena argenti excoquitur, **Da man Silber schmeltzet.**
9. Parietibus adhærens collecta de fornacibus, vbi vena auri decoquitur.
10. Collecta de fornacibus plumbi candidi.
11. Cadmia fornacum impura, **Ober oder Mittel Offenbruch/ vnreine Offenbruch.**
12. Quæ argentum in se continet.
13. Quæ plumbum candidum.
14. Cadmia æris, eius species in nostris metallis reperiuntur, quibus Dioscorides & Græci alii a forma ipsa indiderunt appellationes.
15. Placodes seu crustosa.
16. Zonitis, quasi cingulis distincta.
17. Onychitis, variorum colorum, vt sunt venæ lapidis onychis.

18. Ostracitis seu testacea, quæ fere adhæret parietibus.
19. Botrytis, baccata, seu racemosa colore cinereo, quæ baccis racemi instar, a fornacum lateribus pendet.
20. Botrytis nigra, cui bracteæ colore æris purissimi adhærent, Darinn ein schön Flockkupffer.
21. Stalactica seu in stirias concreta.
22. Alexandrina, cuius nunc in officinis vsus est.
23. Ad Cameram.
24. Sublimata.
25. Atramentosa.

Cadmia Metallorum, quæ est fossilis.

1. Cadmia metallica foditur in venis Bohemiæ, & Misniæ magna copia: quam nostri metallici cobaltum nominant, vt & genus quoddam dæmonis metallici, Cobaltum: quæ voces quam notionem habeant, huius laboris non est inuestigare aut expendere.
2. Cadmia fossilis, quæ expers metalli, foditur in inferiori Germania, in Westphalia. A nostris vocatur Galmey / lapis Calaminaris.
3. Cadmia fossilis, siue lapis Calaminaris ignem non expertus, Ein roter Galmey.
4. Perfecte vsta. Excoquitur enim quaterdecies, donec ad tincturam ceterorum metallorum adhibetur, Galmey der viertzehen mahl gebrandt ist.
5. Vsta purissima mollis, Ein milter gebrandter Galmey.
6. Cadmia metallica cinerea, Ein natürlicher grawer Kobalde.
7. Crustacea cerebri referens similitudinem.
8. Fossa Sonnebirbilii prope valles, plena sulphure, quæ accensa ardet, Kobelde der brennet.

9. In

9. In qua argentum rude, rubrum, pellucidum, Darauff durchsichtig rot Gulden Ertz.
10. Nigra, gleboſa, Ein ſchwartzer ſtuckichter Kobelt.
11. Cinerea, valde dura.
12. Ferrei coloris, cruſtoſa.
13. Cinerea, ponderoſa, friabilis.
14. Cinerea dura.
15. Cinerea leuis.
16. Similis plumbo cinereo natiuo puro, leuis, quæ facilime malleo in multas partes frangitur, Ein ſpröder Kobelt/ kleiſt wie ein gediegen Wißmuth.
17. Dura, ferro polito ſimilis, Darinn Wißmuth.
18. Cui innatum plumbum cinereum.
19. Foſſilis, quæ in Weſtphalia in montibus & torrentibus reperitur aſpectu racemoſa.
20. Sulphurea.
21. Bituminoſa.
22. Aurum in ſe continens.
23. In formam nudati cranei concreta, Gewachſen wie ein entblöſſet Hirn.
24. Concaua plena puluerisintegerrimi.
25. Fluida, duriſſima, ex quo ſuccus venenoſus indies efflorescit, Ein harter gefloſſener Kobelt.
26. Fluida in fluoribus quotidie exudans ſuccum acrem coloris lutei, Flüſſiger Kobelt in gelben flüſſen.

Cadmia Cypria. Kupfferiſch Galmey.
Cadmia acinoſa, iſt Tutia.
Cadmia item liquor candidus.
Caſa camphora, Gamffer.
Cal eſt Arſenicum citrinum, item acetum.
Calamina, id eſt, Lapis calaminaris, Galmey.

Calcadis, id est, Vitriolum album. Al. sal alkali.

Calcanthos vel calcanthum significat 1. florem æris, 2. calcitidem, quæ species vitrioli. 3. vitriolum. 4. æs vstum, vel petrinum. 5. Vitriolũ viride. Calcanthum & colcothar granulis atramenti & generantur, & nutriuntur. Sale soluto & ipsa soluuntur, quod est in Venere; Congelant frigore. Venus vero de quibusdam mineralibus in mineris participat. Si rubedo adsit, aquositas abundat, si viriditas, aer exsuperat.

Chal-

Chalcanthorum ſpecies ſunt.

1. Chalcitis ipſa, id eſt colcotar & zegt & zeg citrinum.
2. Miſy
   - Natiuum ſimilitudine auri.
   - Factitium cum calchantum eſt, mutatum in chalcitida.
3. Melanteria. Arabes has volunt eſſe ſpecies colcotar, id eſt, chalcitidis.
   1. Foſſilis.
   2. In faucibus cuniculorum maltria vel melatria dicitur.
   3. In ſumma facie cuniculorum bitria dicitur.
4. Sory
   1. Aegyptiacum.
   2. Libyacum.
   3. Hiſpanicum.
   4. Cypriacum.
5. Diphrygis, cuius iterum duo ſunt genera.
   - Natiuum, cuius nos duas habemus ſpecies:
     1. Die Saw Iſtebiæ.
     2. Gernſterſtein.
   - Factitium
     - Fæx æris
     - Pyrites concrematus.

Metamorphosis, transmutatio, seu transfiguratio talium mineralium artifice natura ipsa.

Magna est cognatio floris æris, id est, æruginis æris, secundum recentiores, & chrysocollæ, & vitriolorum, & reliquarum eius specierum. Calcantum

1. Zeg viride vel Atramentum sutorium, vel vitriolum vel chalcanthum natiuum mutatur vel transit in
   1. Misy facilime
   2. Chalcitin ꝑ parte exteriori, cū intº adhuc sit atramentū sutoriū, lōginquitate tēporis.
   3. Filamenta cum veterascit, & fit chalcitis factitia, & iterū, chalchanthū mutatū in chalcitin fit factitium misy
2. Chalcitis zeg citrinum melleum secundum Plinium caloris æris secundum Dioscoridem Colcotar, vel zegi secundum Arabes: medium inter marchasitā, id est, zeg nigrum, vel pyriten, vel atramentum nigrū, & inter vitriolū, i. e. zeg viride vel chalchanthū, inueterata scili. mutatur & transit in
   - Sory facile
     - Sory autē & melanteria contra transeūt in
       - Chalcanthū leucon, id est, candidum.

Calcantum, Calcadis, ſpecies atramenti.
Calcaton, id eſt, trochiſci de Arſenico.
Calcitheos, ærugo æris, item marckaſita.
Caldar, ſtannum.
Calcata, id eſt, atramentum citrinum.
Calcatar, Colcotar } atramentum rubeum.
Calcadinum } Vitriolum.
Calcithos, id eſt, æs viride.
Calciteoſa, calcitheos, id eſt, lithargyrum.
Calcocos, id eſt, æs.
Calceus ſiphonum, Pompenſchuch.
Calcitari, id eſt, ſal alkali, alkael.
Calendulæ, Gelb / Saffrangelb.
Caleruth eſt indicium deſiderii ad primum perpetuum, vt cum quippiam in primam materiam redire cupit, ex qua prodierat.
Cali, id eſt, cinis clauellatus, Weydäſchen, item alumen Iameni.
Calcidicum, id eſt, medicamen de Arſenico.
Callecamenon, Calcucementum caſticum, id eſt, æs vſtum, calcutium, coſticium, calcute, Endebaſtum.
Callena ſpecies ſalis petræ.
Calmet, coſmec, id eſt, Antimonium, coſmet, caſmet.
Calufax, id eſt, oleum Indi.
Caluſa Cyptas, cryſtallus, Spedres idem.
Calcinatio, Wann die materi wie Kalck ſchneweiß / hitzig vnnd dorſtig iſt / vnd das iſt der Drach / der das Waſſer ſäufft / daran er ſtirbet vnd berſtet / dann diß iſt die Scheidung Leibes vnd der Seelen bleich oder weiß vnd Todt / darauff kompt die Aufferſtehung vnd das Leben / durch die Röhte.
Calcinatio corporum, id eſt, combuſtio, quæ fit igne maiori,

vel est rerum coagulatarum in calcem solutio. Estq; calcinatio duplex, vel Corrosionis, vel Ignitionis.

Calcinatio corrosione sicca, est, quando corporibus calcinandis non humor, sed eius in locum corrodentes materiæ siccæ adiunguntur, quibus calcinantur: Estq; cœmentum & commixtio.

Calcinatio corrosione vaporosa, est, quando corpora metallica in tenues laminas redacta, per acrem corrodentemq; fumum calcinantur. Sed diuersi sunt vaporosæ calcinationis modi. Aliquando enim corpora laminata super aquis fortibus, aliquando super aceto vel recrementis vuarum pressarum suspenduntur: aliquando, præsertim nobiliora metalla, plumbi fusi vel argenti viui afflatu fragilia redduntur & cõminuuntur: aliquãdo alii, quos hic recensere singulos longũ foret, modi adhibentur. V. G. Chalybẽ in crocum subtilem per vaporosam corrosionem redigere gestiens ita procedo. Primum paro aquã fortem ex salis petræ & vitrioli ad albedinem calcinati partibus æqualibus, eamq; in cucurbitã vitream fundo. Post in cucurbitæ superiore parte laminas chalybis suspendo, lutoq; orificium vasis obduco, ne spiritus aquæ fortis vllo modo exhalare queant, ac viginti quatuor horas in arena calida vaporare permitto. Deinde apto vase, laminas eximo, quibus crocus vel puluis subtilissimus adhæret, quem lagopode detergo. Porro laminas iterum in dicto vase suspendo & superiore modo procedo, idq; tantisper donec nullus crocus vlterius a spiritib. extrahitur, aut in laminis reperitur. Sic plumbum super aceto suspensum calcinatur in cerussam, sic cuprum super recrementis vuarum: atq; ita reliqua metalla vaporibus corroduntur.

Calcinatio humida inmersiua est, quando corpus liquori alicui immergitur, qui corrodat, indeq; calcinet: perficiturq; amalgamatione, aut præcipitatione. Calcina-

Calcinatio reuerberii est in calcem solutio. Calx autem generali significatu est puluis quilibet in partes impalpabiles cõminutus, quem & alcool nuncupare consueuere. Itaq; sub se comprehendit calcem propriedictam, Alcool, quod est aleuigatione, cinerem & corrosionis atoma.

Calcinon per reuerberium est duplex:

Calcinatio specialiter dicta, & cinefactio.

Calcinatio specialis est, qua principaliter dicta calx in combustione reuerberante efficitur. Itaq; & Græcis aptius appellari poterat ἄλκωσις, quod πῦρον efficiat, cuius species quædam ἄσβεστος, quam inextinctam seu viuam é calcario lapide cõfectã nominant. In hac vel res solitaria calcinatur, vel cũ additamentis combustionem penitus adiuuantibus, vt sunt sulphur, nitrum, &c. q̃ tunc adiicimus, cum valida admodum est indomitaque rei compages. Alioquin volatilia citius dissiparentur, quam a flamma vincerentur fixa. Sed spiraculum debetur nitrosis, vt vas sit tutum.

Calcinatum maius dicitur omne, quod non natura, sed arte spagyrica dulce factum est, vt Mercurii dulcedo, plumbi vel eius anima vitrioli, salis: quæ celerrimæ sunt consolidationis. Alii aliter intelligunt: **Der groß Calcinat ist / was süß ist gemacht durch Kunst / dienstlich zu einer schnellen wunderbaren Heilung / alß die süsse Mercurii / Vitriol, Saltz vnd dergleichen.**

Calcinatum minus est omne, quod a natura dulce est, & celeriter curat, vt maña, mel, saccharum, tereniabin, nostoch, &c. **Der klein Calcinat ist alles / was von Natur süß ist / vnnd eine schnelle Heilung hat / alß Zucker / Honig / Manna / Tereniabin vnd dergleichen.**

Calcitis, calticis, calcota, id est, atramentum rubeum.

Calcokeumenos, æs vstum, **Kupfferschlag.**

Calor artificialis dicitur, qui ad artificis nutum, accendi, dirigi, & administrari potest. Calor hic simplex est, aut mixtus.

Calor simplex est, qui vni duntaxat operationi, siue illa sit digestionis, siue separationis, inseruit.

Calor naturalis est, quando radii solares, vel per se materiam sibi applicatam excoquunt, vel in speculo concauo collecti rei applicantur. Huius ignis suus vsus est apud artifices. Possumus enim hoc dissoluere & calcinare; imo nonnulli illum in lapidis philosophici præparatione adhibendum esse autumant: quam opinionem suis autoribus relinquentes, eum tamen non negligendum esse censemus.

Calor cinerum est, quando partes fixiores per cineres eliciuntur. Hic medius est inter balnei & arenæ calorem: proinde illius ope non modo subtiliores, & ad naturam aqueitatis simplicis approximantes substantiæ propelluntur, sed etiam colores & fixiores partes eliciuntur.

Calor fimi est, quando vase in fimo posito, materiamq; continente, digestio fit. Hic calor multi vsus est apud artifices in infundendis, digerendis & putrefaciendis rebus. Adhibetur interdum fimus equinus, in quo vas sepelitur, aliquando vas ligneum fœno, vel stramine impletum, cui vapor e feruente aqua applicatur, fimi in locum adhibetur.

Calor digerens est, quo materia dissoluenda digeritur, id quod aut athanore, aut fimo perficitur.

Calor fortis, est, quando igne intensiori & auctiori res separantur. Estq; impeditus aut liber.

Calor impeditus est, quando ignis a materia vel vase, ne illud proxime tangat, ab alio vase impeditur: Estq; arenæ vel scobis.

Calor arenæ, medius est inter cinerem & scobis ferri, estq; quando vas materiam continens in catino arenario arena circundatum substantiam fixiorem, quam cineres propellere nequibant, protrudit. Vbi aduertendum est, arenam subtilem

subtilem, nō adeo violentum calorem præbere, quam grossam.

Calor scobis, aut scoriæ ferri superiore intensior & aperto vicinior est, quando ex scobe vel scoria ferri res propelluntur.

Calor Liber est, qui proxime materiam, aut vas materiam continens tangit. Hoc calore proliciuntur, quæ contumacius liquorem emittunt, siue id fiat ob siccitatem & paucitatem, siue, quod ob viscositatem & homogeneitatem ille terreis partibus pertinacius adhæreat: taceo quod calcinationi, fusioni, & aliis operationibus inseruiat, estq; Carbonum vel Flammarum.

Calor carbonum, est, quando calor prunarum flagrantium materiam, vel vas proxime tangit. Huius vsus est in infusionibus, cæmentationibus, probationibus, calcinationibus & dissolutionibus.

Calor flammarum, est quando adhibito conueniente alimento, flammæ materiam attingunt. Hic calor vocatur ignis viuus, quo reuerberantur & calcinantur omnium metallorum corpora, nec non spiritus tandem propelluntur.

Calor vesicæ leuis est, quo ex materia vesicæ imposita, applicato alembico substantia humida prolicitur.

Caliette sunt fungi flaui in plantis iuniperorum.

Calx in chymica significatione est puluis quilibet, per ablationem superfluæ humiditatis, in partes tenuissimas, & quasi impalpabiles comminutus.

Calx viua non extincta, asbestos, fit variis modis. In quibusdam locis fit lapidib. vel calculis litoralibus, coloris cæsii vel cinerei candidiue: cuniculis nempe actis in agris ad litora, vel simpliciter collectis calculis ad litora, aut etiam erutis propriis fodinis: vt fit ad Salam, & aliis locis, Auß den Kalckbrüchen vnd Bergen. Fit & ad mare ex testis ostreæ & mar-

morum buccinorum: & de corticibus ouorum, vt pro parte docet Dioscorides lib. 5. cap. 80. & Plin. l. 36. c. 29. & 24. It. l. 33. c. 5. lib. 17. c. 8. vbi de calce agit. Est autem calx viua, **Der vngeleschte Kalck**/ duplex, coloris candidi & cœrulei. Vis omnium est adurens, ignea, mordens, crustas inducens. Vrit in summa, discutit & extrahit. Odit naturaliter aquam, qua accenditur, amat oleum, quo etiam facilime commiscetur. Vid. de calce & Serapion. l. aggreg. cap. Horach.

Calx exstincta, **Abgelöschter Kalck.**

Calx fixa est materia permanens & incremabilis: fix **Kalck**/ **ein** materi **die nit vergehet oder im Fewer verbrennet.**

Calx lignorum sunt cineres eorum, qui in vitrum aut aliam materiam non conuertuntur, sed cineres manent: **Holtzaschen**/ **die nit in Glaß oder ander** materi **verwandelt wirdt**/ **sondern bleibet äschen.**

Calx manica alba, est calx alba peregrinorum, vel ex ossibus piscium maiorum albis vel conchis marinis, quas in pileis gestant, confecta, **Kalck auß den grossen Fischbeinen oder Muscheln**/ **so man an den Hütten trägt**/ **gemacht.**

Calx Solis, **Goldkalck**/ aurum calcinatum.

Calx Lunæ, est argentum, calx argenti, vel azurinus flos eius, **Silber Kalck**

Calx Mercurii, est Mercurius præcipitatus.

Calx Veneris est viride æris, **Spangrün.**

Calx Martis, id est, crocus chalybis vel ferri, **Die röte vom eisen.**

Calx Iouis, est spiritus Iouis, **Zinnkalck**/ **darinn deß Zinß Geist stecke.**

Calx Saturni, minium, **Oder Bleygeel.**

Calx peregrinorum est tartarus.

Calx maior, **Von Eyeren.**

Calx assata, alumen ex pomis.

Calx.

Calx peregrinorum, Auß Muscheln oder Fischbeinen.
Camet, Cames, id est, argentum.
Caminus, Glocke.
Cambill, röhte Erdt.
Cambuca est bubo, vlcus pudendorum vel apóstema, panus inguinis, Schlier / Drüsen neben den Gemächten.
Canalis longus, Rötte.
Canaliculi, Rise.
Canalis, Rinne / Mülwinckel/da er auffschüttet.
Canales Cuniculi, Wasserseige.
Canaliculus, Gerinlein/ Item / Rintzlein.
Cancelli, Gatter.
Canales recludere, Auffziehen.
Canalis & canalis deuexus, Schlemgrabe.
Canales occludere, Vorschutzen.
Canaliculus, Kerbe.
Canales aquarii, Wassergerinne.
Canalis caput, Herd Trog
Canalis transuersus, Ruergerinne.
Cancinpericon, id est, calidus equi fimus.
Canna, siphunculus, Röhrlein.
Canfora, ist Gummi eines Baums.
Cantacon, id est, crocus hortulanus.
Canutum, i. e. calamus vel canna, cannutum, idem, Ein Rohr.
Canze, Carnit, Canna, Cusanum, varia vasorum genera.
Capillus, id est, lapis Rebis.
Capistrum auri, id est, borax.
Capricornus, Bley.
Capsa, Kumpff / Item, Rolle. Item cuius fundum est filis ferreis contextum.
Capsa patens, Kaste/Kastenreder.

Capsa putealis, Klawr.

Capsæ, in quas venæ distribuendæ iniiciuntur. Item, Trunnen.

Capitellum, id est, aqua saponis Seiffen Wasser / Lixiuium Lauge.

Caput areæ, Herdes Haupt.

Caput fodinarum, & area capitisis fodinarum, Fundgrube.

Caput fodinarum aduersum, Gegen Fundsgrube.

Caput follis, Balg Haupt.

Caput pili, Puther / Purheisen.

Caput canalis, capsa breuis patens, Durchlaß.

Carbones cœli, id est, Stellæ.

Carbunculus est vlcus pestilens: idem fere quod anthrax, nisi quod hic illo est crudelior, e crasso atroq; sanguine celeriter escharam faciens, Pestilentzisch Geschwär / Blu sinne / das Fewer.

2. Sumitur pro gemma, habetq; nomen ab ignis similitudine, cũ ipse ignẽ non sentiat, propterea apyrusta dicitur, vel apyrotus. Et carbunculus proculdubio est pyropus. Vnde Ouid. fingit 2. Met. domũ & aulam Solis factam. Horũ carbunculorum species seu genera sunt varia. Primum sunt Carbunculi Indici & Garamantici, quos carchedonios vocant. Indici sunt sordidi, fulgoris retorridi. Ex his, qui languidius, liuidiusq; lucent, vocant liuicontas, & sunt carchedoniis veris multo maiores. Secundo sunt Carbunculi Aethiopici pingues, lucem non emittentes, flagrant conuoluto igne. Tertio sunt Alabandici scabri, reliquis nigriores. Quarto nascuntur & in Thracia in Orchomeno Arcadiæ, teste Theophrasto, & in Chio nigriores. Quinto sunt Trœzenii varii, interuenientib. maculis albis. Sexto sunt Corithii ex pallido candidi. Ceterum in omni genere masculi appellantur

tur acriores, & flammæ liquidioris, nigrioris, lucidioris, ac in Sole flagrantis. At fœminæ refulgentes languidius. Optimi carbunculi sunt methystizontes, id est, quorum extremus igniculus in amethysti exit violam.

Proximi his sunt syrrytæ pinnato fulgore radiantes. Calliſtratus (Plinio citante) fulgorem carbunculi debere esse candidum posuit, extremo visu nubilantem: & si ita extollatur, exardescentem, propterea carbunculum candidum vocari. Postremo Plin. libr. 37. cap. 8. Carbunculi speciem facit anthracitim, fossilem in Thesprotia, carbonibus similem. Græcos multas res anthracas vocare patet: scilicet venam minii, hæmatitem gemmam, & ipsum carbunculum: cuius proculdubio species est rubinus, quem alias dicere possumus lychniten, &c. Huius anthracitidis idem Plinius speciem esse dicit præcinctam candidis venis, & horum lapidum colorem esse vt superiorum, iactatos in ignem quasi intermortuos exstingui, contra perfusos aqua exardescere: & his cognatam gemmam Indiacam sandastron, seu garamantiten, quæ & in Arabia nascatur: cuius in translucido intus fulgent aureæ guttæ. Postremo huius generis lychniten esse docet, quæ in Caria & Orchosia nascatur, & probatissima in India, & esse remissiorem Carbunculum, cuius species vna radiet purpura, altera cocco, & excalefactas digitorũ attritu, aut Sole paleas attrahere. Lychnitis speciem dico rubinum nostrum. Et Albertus ipse testatur, Carbunculum anthracem dici a Græcis, & illum lucere in tenebris tanquam carbonem, superfusa aqua limpida clara, in vase vitreo, mundo, polito, eiusq; species varias esse secundum patriam, & ipsum splendorem ipsamq; substantiam. Porro habere eum virtutem omnium lapidum aliorum: præcipue contra venenum & toxica. Apud nos in nostris fodinis gem-

mæ inueniuntur, quæ tamen igne soluuntur in aquas, referentes propemodum carbunculos. Notãdum etiam & illud: Albertum describere gemmam, quam vocat pelagiam, forsitan a genere purpurarum, cuius Plinius libr. 9. mentionem fecit. Hanc dicit esse rubei coloris transparentis, & esse fœminam carbunculi, seu eius palatium, quia in matrice eius gemmæ crebro reperiri carbunculum. Et reperiri etiam lapides, qui pro parte sint pelagii, pro parte carbunculi. Quæ restant de carbunculo consule Plin. & alios. Vide & de anthracitide & lychnite Solin. in polyhist. c. 40. & 55.

Carbunculus aliis,

1. Misenus, qui in riuo supra Hoesteinam reperitur, **Ein Meisnischer Granat.**
2. Zeblicius, qui effoditur e colle oppositio lapicidinæ, ex qua ophites eruit, & q in vicino riuo copiosissime inuenitur.
3. Æthiopicus, **Ein Orientischer Granat.**
4. Paruus ruber. **Ein Spinell.**
5. Amethystizon. **Ein Rubin.**
6. Lychnites, **Ein gilblichter Rubin.**
7. Adulterinus, combinatis crystallis, cum vsitata tinctura, similis Amethystizonti.
8. Alabandicus ex Asia, **Ein Almandin.**

Cardanum, **Garten Saffran.**

Cardis Mars, **Eysen.**

Cardonium vinum, i.e. herbis medicatum, **Kräuter Wein.**

Carena est vicesima quarta pars guttæ.

Carium terræ, **Leim.**

Carmiti, id est, obulus, **Heller.**

Carsia, id est, aqua salis.

Casa, quam habitat præses fodinæ, **Zech Hauß.**

Caseus præparatus est residentia viscosa manens in fundo lactis ex ca-

ex caseo defluentis, Das dick vnnd zäh am Boden/von der Käßsuppen.

Caspa, Kothtrog.

Cassidbott, id est, Coriandrum.

Castellum, Lacusculus, Kaste/Wasserkaste.

